



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De rebus quibus fruendum est vel vtendum, & de his quæ fruuntur &
vtuntur. B

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

*Lib. 6^o loc.
citatus.*

Quod enim nulla res est, ut in eodē Augustin. ait, omnino nihil est. Nō autē ediuersō omnis res signum est: quia non adhibetur ad significandū aliquid. Cumq; his intenderit theologorum speculatione studiosa atq; modesta, diuinam scripturam, formā præsriptam in doctrina tenere aduertet. De his ergo nobis aditum ad res diuinas aliquatenus intelligendas, Deo duce, aperire volētib⁹ differendum est: & primum de rebus, postea de signis differemus.

*De rebus
quibus fru-
endum est,
lib. 1. c. 3.
de doct.
Christ.
Lib. 1. c. 3.*

De rebus communiter agit.

*Aug. cap. 4.
eiusdem i.
1. de doct.*

*Lib. 1. cap. 5.
de doct.*

*Lib. 1. ca. 4.
eiusdem li.
Rom. 1. ca.
Caput 2. li. 1.
de doct.*

ID ERGO in rebus cōsiderandum est: ut in eodem Aug. ait: quod res aliæ sūt quibus fruendū est, aliæ quibus vtendum est, aliæ quæ fruūtur & vtuntur. Illæ quibus fruendum est, nos beatos faciunt: istis quibus vtendū est, tendentes ad beatitudinem adiuuamur, & quasi adminiculamur, ut ad illas res, quæ nos beatos faciūt, peruenire, eisq; inhærere possimus. Res verò quæ fruūtur & vtuntur, nos sum⁹: quasi inter vtrāsq; cōstituti, & angeli, & sancti. FR VI autem est amore alicui rei inhærere propter seipsam. VTI vero, id q̄ in vsum venerit referre: ad obtinendum illud quo fruendum est: alias abuti est, nō vti: nam vsus illicitus, abusus vel abusio nominari debet. Res igitur quibus fruendū est, sunt pater & filius & Spirit⁹ sanctus. Eadē tamē trinitas quædam summa res est, communisq; omnibus fruētibus: ea si tamen res dici debet, & non rerum omniū causa: sī tamen & causa. Non enim facile potest inueniri nomen q̄ tantæ excellentiæ conueniat, nisi quod melius dicitur trinitas hęc vnus Deus. Res autē quibus vtendum est, mundus est, & in eo creata. Vnde Aug. in eodem. Vtendum est hoc mundo non fruendū, ut inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta cōspiciantur, id est, ut de temporalibus æterna capiuntur. Item in eodem, In omnibus rebus illę tā-

tum
com
vt ad
gust
busip
vtim
fruen

N
de tr
dicit
tatis
sed ia
mit e
ne de
fruit
nō pr
tend
tum
vita
mus
inhæ
mul
D
H
dete
sed i
vide
bula
dē in
volu
cit. I
entre
& qu
vel
tole
tum

tum sunt quibus fruendum est, quæ æternæ & in-
 commutabiles sunt: cæteris autem vtendum est,
 vt ad illarum perfruitionem perueniatur. Itē Au-
 gust. in 10. lib. de trinit: fruimur cognitis, in qui-
 bus ipsis propter se voluntas delectata conquiescit:
 vtimur verò eis, quæ ad aliud referimus, quo
 fruendum est.

*Item quid intersit inter frui & vti aliter
 quam supra.*

C Cap. 11.

NOTANDVM verò quod idē Aug. in lib. 10.
 de trin. aliter quam supra accipiens vti & frui, sic
 dicit, Vti est assumere aliquid in facultatē volun-
 tatis. Frui autē est, vti cum gaudio: nō adhuc spei,
 sed iam rei: ideoq; omnis qui fruitur, vtitur: assu-
 mit enim aliquid in facultatem volūtatis cum fi-
 ne delectationis. Non autem omnis qui vtitur, &
 fruitur, si id quod in facultatē volūtatis assumit,
 nō propter ipsū, sed propter aliud appetit. Et at-
 tende, quia videtur August. dicere illos frui tan-
 tum, qui in re gaudent, nō iam in spe: & ita in hac
 vita non videmur frui, sed tantum vti, vbi gaude-
 mus in spe cum supra dictum sit, Frui esse amore
 inhærere alicui rei propter se: qualiter etiam hic
 multi adhærent Deo.

Determinatio eorum quæ videntur contraria.

D 1. Cor. 13. d.

HÆC ergo quæ sibi contradicere videntur, sic
 determinam⁹: dicētes, nos & hic, & in futuro frui:
 sed ibi proprie, & perfectè, & plenè vbi per speciem
 videbimus quo fruemur: hic autē dum in spe am-
 bulamus, fruimur quidem, sed nō adeo plenè. vn-
 de in libr. 10. de trin. Fruimur cognitis in quibus
 volūtas ipsis propter se ipsam delectata conquies-
 cit. Idem in lib. de doct. Christ. ait, Angeli illo fru-
 entes iam beati sunt, quo & nos frui desideramus:
 & quātū in hac vita iam fruimur, vel per speculū,
 vel in ænigmate, tātō nostram peregrinationē, &
 tolerabili⁹ sustinemus, & ardētius finire cupimus.

Cap. 10.

Lib. 1. ca. 30.